

# Anzeigebblatt

## für die Erzdiöcese Freiburg.

Nro. 18.

Freiburg, den 20. November 1867.

XI. Jahrgang.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE IX.

EPISTOLA ENCYCLICA

AD OMNES PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS VNIVERSI CATHOLICI ORBIS GRATIAM ET COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTES.

VENERABILIBVS FRATRIBVS PATRIARCHIS, PRIMATIBVS, ARCHIEPISCOPIIS ET EPISCOPIIS VNIVERSI CATHOLICI ORBIS GRATIAM ET COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA SEDE HABENTIBVS.

Venerabiles Fratres, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Levate, Venerabiles Fratres, in circuitu oculos vestros, et videbitis, ac una Nobiscum vehementer dolebitis abominationes pessimas, quibus nunc misera Italia praesertim funestatur. Nos quidem inscrutabilia humillime adoramus iudicia Dei, cui placuit, Nos vitam agere hisce luctuosissimis temporibus, quibus nonnullorum hominum opera, et eorum potissimum, qui in infelicissima Italia rem publicam regunt ac moderantur, veneranda Dei mandata, sanctaeque Ecclesiae leges plane despiciuntur, et impietas impune caput altius extollit, ac triumphat. Ex quo omnes iniquitates, mala, et damna, quae cum summo animi Nostri moerore conspicimus. Hinc multiplices illae hominum phalanges, qui ambulantes in impietatibus, militant sub satanae vexillo, in cuius fronte est scriptum „Mendacium“, quique rebellionis nomine appellati, ac ponentes os suum in caelum, Deum blasphemant, sacra omnia polluunt, contemnunt, et quibusque iuribus divinis humanisque proculcatis, veluti rapaces lupi praedam anhelant, sanguinem effundunt, et animas perdunt suis gravissimis scandalis, et propriae malitiae lucrum injustissime quaerunt, et aliena violenter rapiunt, ac pusillum et pauperem contristant, miserarum viduarum et pupillorum numerum augent, ac donis acceptis, veniam impiis tribuunt, dum justo justitiam denegant, eumque spoliunt, et corrupti corde pravus quasque cupiditates turpiter explere contendunt cum maximo ipsius civilis societatis damno.

Hoc perditorum hominum genere in praesentia circumdati sumus, Venerabiles Fratres. Qui quidem homines diabolico prorsus spiritu animati mendacii vexillum collocare volunt in hac ipsa alma urbe Nostra, ad Petri Cathedram, catholicae veritatis et unitatis centrum. Ac Subalpini Gubernii Moderatores, qui hujusmodi homines coercere deberent, illos omni studio fovere, eisque arma, resque omnes suppeditare, et ad hanc urbem aditum munire non erubescunt. Sed omnes hi homines, licet in supremo civilis potestatis gradu et loco collocati, pavent; quandoquidem hac improba sane agendi ratione se novis obstringunt laqueis ecclesiasticarum poenarum et censurarum. Etsi vero in humilitate cordis Nostri divitem in misericordia Deum enixe orare et obsecrare non desistimus, ut hos omnes miserrimos homines ad salutarem poenitentiam, atque ad rectum justitiae, religionis, pietatis tramitem reducere dignetur: tamen tacere non possumus gravissima pericula, quibus in hac hora tenebrarum expositi sumus. Animo plane tranquillo quoscumque rerum eventus, licet nefariis fraudibus, calumniis, insidiis, mendaciis excitatos, expectamus, cum omnem Nostram spem et fiduciam collocemus in Deo salutari nostro, qui adiutor est Noster, et fortitudo in omnibus tribulationibus Nostris, quique in se sperantes confundi non patitur, et impiorum insidias subvertit, et peccatorum cervices confringit. Interim haud possumus, quin Vobis in primis, Venerabiles Fratres, et omnibus fidelibus curae vestrae commissis denuntiemus tristissimam conditionem

et maxima, in quibus per Subalpini potissimum Gubernii operam nunc versamur, pericula. Quamvis enim fidissimi Nostri exercitus strenuitate ac devotione defensi simus, qui, rebus praeclare gestis, prope heroicam prae se tulit virtutem; patet nihilominus, ipsum diu resistere nequire numero longe majori injustissimorum aggressorum. Et licet non mediocri utamur consolatione ob filialem pietatem, qua nos reliqui subditi Nostri a scelestis usurpatoribus ad paucos redacti, prosequuntur, vehementer tamen dolere cogimur, ipsos non posse non sentire gravissima pericula sibi ingruentia ab efferatis nefariorum hominum turmis, qui eos jugiter minis omnibus terrent, spoliant, et quoquo modo divexant.

At vero alia nunquam satis lugenda mala deplorare cogimur, Venerabiles Fratres. Ex nostra praesertim Consistoriali Allocutione die 29 mensis Octobris superiori anno habita, ac deinde ex narratione documentis munita, et in lucem typis edita, optime cognovistis quantis calamitatibus catholica Ecclesia ejusque filii in Russico Imperio ac Poloniae Regno miserandum in modum vexentur ac lacerentur. Namque catholici Sacrorum Antistites et ecclesiastici viri laicique fideles in exilium ejecti, in carcerem detrusi, ac modis omnibus divexati, propriisque bonis spoliati, ac severissimis poenis afflicti et oppressi, et Ecclesiae canones ac leges omnino proculcatae. Atque his minime contentum Russicum Gubernium pergit ex avito proposito Ecclesiae disciplinam violare, et unionis et communicationis illorum fidelium cum Nobis, et hac Sancta Sede vincula frangere, ac omnia moliri et conari, ut in illis dominiis catholicam religionem funditus evertere, et illos fideles a catholica Ecclesiae sinu avellere, et ad funestissimum schisma pertrahere possit. Cum incredibili animi Nostri moerore Vobis significamus, duo nuper decreta ab illo Gubernio post ultimam commemoratam Nostram Allocutionem edita fuisse. Ac decreto die 22 proximi mensis Maii vulgato, per horrendum ausum Podlachiensis Dioecesis in Poloniae Regno una cum illo Canonicorum Collegio, Consistorio Generali, ac Dioecesano Seminario penitus fuit extincta, et ejusdem Dioecesis Episcopus, a suo grege divulsus, coactus a Dioecesis finibus continuo discedere. Quod decretum simile est illi die 3 Junii superiore item anno in lucem edito, de quo mentionem facere haud potuimus, cum illud ignoraremus. Hoc igitur Decreto idem Gubernium non dubitavit proprio arbitrio et auctoritate Cameneciensem Dioecesim de medio tollere, et illud Canonicorum Collegium, Consistorium, ac Seminarium disperdere, et proprium Antistitem ab illa Dioecesi violenter abripere.

Cum autem omnis via, atque ratio Nobis intercludatur, qua cum illis fidelibus communicare possimus, tum ne quisquam carceri, exilio, aliisque poenis exponeretur, coacti fuimus, in Nostras Ephemerides inserere Actum, quo legitimae illarum ampliarum Dioecesium jurisdictionis exercitio, ac spiritualibus fidelium necessitatibus consulendum

consueimus, ut illuc per artis typographicae opem notitia perveniret suscepti a Nobis consilii. Quisque vel facile intelligit qua mente, et quo fine ejusmodi decreta a Russico Gubernio edantur, cum multorum Episcoporum absentiae Dioecesium quoque accedat suppressio.

Quod autem Nostram cumulat amaritudinem, Venerabiles Fratres, est aliud decretum ab eodem Gubernio die 22 superioris mensis Maii promulgatum, quo Petropoli fuit constitutum Collegium, vocatum ecclesiasticum catholicum romanum, cui praesidet Mohiloviensis Archiepiscopus. Scilicet: omnes petitiones, ad fidei etiam et ad conscientiae negotia pertinentes, quae a Russici Imperii et Poloniae Regni Episcopis, Clero, Populoque fidei ad Nos, et ad hanc Apostolicam Sedem mittuntur ad hoc Collegium primum transmittendae sunt, easque Collegium idem examinare debet, ac decernere, utrum petitiones Episcoporum potestatem praetergrediantur, et hoc in casu illas ad Nos perferendas curare. Postquam autem illuc Nostra pervenerit decisio, praedicti Collegii Praeses ad internarum relationum Ministrum decisionem ipsam mittere tenetur, qui expendat, num aliquid in illa reperiatur legibus Status et supremi Principis juribus contrarium; et quoties hoc non existat, illam pro suo arbitrio et voluntate exsequatur.

Videtis profecto, Venerabiles Fratres, quam vehementer reprobandum ac damnandum sit hujusmodi Decretum a laica et schismatica potestate latum, quo et divina catholicae Ecclesiae constitutio destruitur, et ecclesiastica disciplina subvertitur, et maxima supremae Nostrae Pontificiae, atque hujus Sanctae Sedis et Episcoporum potestati auctoritatisque injuria infertur, et summi omnium fidelium Pastoris libertas impeditur, et fideles ad funestissimum impelluntur schisma; ac vel ipsum naturale jus violatur et conculcatur quoad negotia, quae fidem et conscientiam respiciunt.

Ad haec, catholica Varsaviensis Academia deleta est; ac tristis Chelmensi, et Bettiensi Dioecesi Ruthenorum impendet ruina. Atque illud maxime dolendum, quod repertus sit quidam Presbyter Woicichi, qui suspectae fidei, omnibus ecclesiasticis poenis censurisque despectis, terribilique Dei judicio posthabito, minime exhorruit, ejusdem Dioecesis regimen et procuracionem a civili illa potestate accipere, et varias jam edere ordinationes, quae dum ecclesiasticae disciplinae adversantur, funestissimo schismati favent.

In tantis igitur Nostris et Ecclesiae calamitatibus et angustiis, cum non sit alius, qui pugnet pro Nobis, nisi Dominus Deus noster, Vos etiam atque etiam vehementer obtestamur, Venerabiles Fratres, ut pro singulari vestro rei catholicae amore et studio, et egregia in Nos pietate velit ferventissimas vestras cum Nostris conjungere preces, et una cum universo vestro Clero, Populoque fidei Deum sine intermissione orare, et obsecrare, ut reminiscens miserationum suarum, quae a sae-

culo sunt, indignationem suam a Nobis avertat, et Ecclesiam suam sanctam, ac Nos a tantis malis eripiat, ejusdemque Ecclesiae filios, Nobis carissimos, in omnibus fere regionibus ac in Italia praesertim, et in Russico Imperio, ac Poloniae Regno tot insidiis obnoxios, tot aerumnis afflictos omnipotenti sua virtute adjuvet, defendat, eosque in catholicae fidei ejusque salutaris doctrinae professione magis in dies stabiles servet, confirmet, roborat, et omnia impia inimicorum hominum consilia disperdat, illosque de iniquitatis barathro ad salutis viam revocet, et in semitam mandatorum suorum deducat.

Itaque volumus, ut in vestris Dioecesebus publicae pro vestro arbitrio preces per triduum intra sex menses, pro ultramarinis vero intra annum indicantur. Ut autem fideles ardentiore studio hisce publicis precibus adsint ac Deum exorent, omnibus et singulis utriusque sexus Christi-fidelibus, qui praedictis tribus diebus devote eisdem precibus adstiterint, ac pro praesentibus Ecclesiae necessitatibus ex Nostra mente Deum oraverint, et Sacramentali Confessione expiati ac sacra Communione reffecti fuerint, Plenariam omnium peccatorum suorum In-

dulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Iis autem fidelibus, qui corde saltem contriti in quolibet ex commemoratis diebus reliqua praemissa opera peregerint, septem annos totidemque quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentii in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes etiam animabus Christi-fidelium, quae Deo in caritate conjunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari posse etiam in Domino indulgemus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Denique nihil certe Nobis gratius, quam ut hac etiam occasione libentissime utamur, ut iterum testemur et confirmemus praecipuam, qua Vos in Domino complectimur, benevolentiam. Cujus quoque certissimum pignus accipite Apostolicam Benedictionem, quam effuso cordis affectu Vobis ipsis, Venerabiles Fratres, cunctisque Clericis, Laicisque fidelibus cujusque Vestrum vigilantiae conceditis peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 17 Octobris Anno 1867. Pontificatus Nostri Anno Vicesimosecundo.

## PIVS PP. IX.

### Gebet für den Landtag in Berlin betr.

Nro. 10,013. Nach Mittheilung des Herrn Ministers der geistlichen Angelegenheiten in Berlin werden die beiden Häuser des Landtags am 15. d. M. eröffnet. Wir veranlassen deshalb den hochwürdigen Curatclerus in den hohenzollern'schen Landen, so lange der Landtag dauert, an den Sonntagen in das allgemeine Gebet den üblichen Zusatz einzulegen:

„Erleuchte o Gott! mit dem Lichte deines hl. Geistes die Abgeordneten der beiden Kammern, damit sie Alle nur nach deinem hl. Befehle rathschlagen und in Allem deinen hl. Willen erfüllen mögen.“  
Freiburg, den 14. Nov. 1867.

Erzbischöfliches Ordinariat.

### Die Rückzahlung des Steueranlehens vom 20. Juni 1866 betr.

Nro. 21,087. Sämmtliche Kathol. Stiftungscommissionen machen wir auf die Bestimmungen in Art. 2 und 3 des Gesetzes vom 3. d. Mts., Regierungsblatt Nro. XLII Seite 375/76, aufmerksam, wornach die Steueranlehensbeträge nur bis Ende October d. J. verzinst werden, auch daß sechs Monate nach Umfluß dieses Rückzahlungstermins jedes Recht aus Einzahlungen auf das Steueranlehen erloschen ist, und die darüber ausgestellten Bescheinigungen ihre Giltigkeit verlieren.

Demgemäß müssen die Anlehensscheine der einzelnen Ortsstiftungen, soweit solches nicht in Folge der Verordnung Großf. Finanzministeriums vom 5. Januar d. J., Reg. Blatt Nro. II, bereits schon geschehen ist, nunmehr eingelöst werden.

Nach § 6 der Ministerialverordnung vom 3. d. Mts., Reg. Blatt S. 378, erfolgt die Auszahlung der Anlehensbeträge nebst dem Zinsbetriffe mit vier Kreuzer für jeden Gulden Capital vom 15. October l. J. an.

Wegen Behandlung dieser Gelder in den einzelnen Fondsrechnungen wird auf diesseitige Verordnung vom 7. September 1866, Erzbischöfliches Anzeigebblatt Nro. 16, zur geeigneten Maßnahme und Darnachachtung verwiesen.

Carlsruhe, den 9. October 1867.

Katholischer Oberstiftungsrath.  
Ziegler.

Welde.

## Pfründeauschreiben.

Nachstehende Pfründen werden anmit zur Bewerbung ausgeschrieben:

### I.

- Griesheim**, Decanats Neuenburg, mit einem Einkommen von beiläufig 800 fl. und der Verbindlichkeit, verschiedene Provisoriumsschulden im Gesamtbetrag von 116 fl. 59 kr., mit deren Tilgung am 16. October l. J. begonnen wurde, durch eine jährliche Zahlung von 20 fl. auf Capital und 5%igen Zins abzutragen.
- Burbach**, Decanats Ettligen, mit einem Einkommen von beiläufig 1400 fl. und der Verbindlichkeit, einen Vicar zu halten und ein mit 5% zu verzinsendes und in vier gleichen Jahrestermen zu tilgendes Provisorium von 35 fl. 16 kr. zu übernehmen.
- Appenweier**, Decanats Offenburg, mit einem Einkommen von beiläufig 2200 fl. und der Verbindlichkeit, einen Vicar zu halten und eine jährliche Abgabe von 200 fl. zu Gunsten der allgemeinen Kirchenkasse zu entrichten. Wenn die Vicarsstelle besetzt ist, so leistet die Gemeindefasse zur Sustentation einen Beitrag von 180 fl.
- Oberlauchringen**, Decanats Klettgau, mit einem Einkommen von beiläufig 950 fl. und der Verbindlichkeit, eine von Wässerungskosten herrührende Schuld von 624 fl. 43 kr. durch eine jährliche Zahlung von 50 fl. auf Kapital und Zins an den Kirchen- und Bruderschaftsfond in Oberlauchringen abzutragen und einen jährlichen Beitrag von 100 fl. zur Pension des resignirten Pfarrers Schauenbühl auf dessen Lebensdauer zu leisten.
- Bözingen**, Decanats Eudingen, mit einem Einkommen von beiläufig 900 fl. und der Verbindlichkeit, eine realische Schuld von 160 fl. zu verzinsen und durch eine jährliche Zahlung von 20 fl. an den Religionsfond in Freiburg abzutragen.
- Plittersdorf**, Decanats Ottersweier, mit einem Einkommen von beiläufig 700 fl.

Die Bewerber um diese Pfründen haben ihre mit den vorgeschriebenen Zeugnissen belegten und an Seine Königliche Hoheit den Großherzog gerichteten Bittgesuche um Präsentation von Seite Allerhöchstdesselben innerhalb sechs Wochen beim Großherzoglichen Ministerium des Innern einzureichen.

### II.

- Walterstweier**, Decanats Lahr, mit einem Einkommen von beiläufig 650 fl.
- Constanz**, Decanats Constanz, Beneficium ad St. Jacobum zu den Schotten, mit einem Einkommen von 650 fl.

Die Bewerber um diese Pfründen haben sich innerhalb sechs Wochen mit ihren mit den erforderlichen Zeugnissen belegten Bittgesuchen um Verleihung an Seine Excellenz den Herrn Erzbischof zu wenden.

### III.

- Altglashütten**, Decanats Stühlingen, (wiederholt) mit einem Einkommen von 600 fl.

Die Bewerber um diese Pfründe haben ihre mit den erforderlichen Zeugnissen belegten und an Seine Durchlaucht den Fürsten von Fürstenberg gerichteten Bittgesuche um Präsentation binnen sechs Wochen bei der fürstlichen Domänenkanzlei in Donaueschingen einzureichen.

### IV.

Zu dem Ausschreiben der Pfarrei Bettmaringen im Anzeigebblatt Nro. 15 a. c., wird nachträglich bemerkt, daß der Pfründnießer sich gefallen lassen müsse, einen zweiten Vicar gegen einen Gehalt von 400 fl. aufzunehmen und zu salariren.

Zu dem Ausschreiben der Pfarrei Malsch, Decanats St. Leon, Anzeigebblatt Nro. 15 a. c. wird nachträglich bemerkt, daß der Pfarrer auch noch nach der Kostrennung des Filials Kettigheim einen Vicar gegen Entschädigung für die Verpflegung zu halten hat.

Das Ausschreiben der Pfarrei Ulm, Decanats Ottersweier, im Anzeigebblatt Nro. 15 a. c. wird anmit bis auf Weiteres zurückgenommen.

### Pfründebefetzungen.

Seine Königliche Hoheit der Durchlauchtigste Großherzog haben aus der Zahl der von Seiner Erzbischöflichen Excellenz vorgeschlagenen drei Bewerber den bisherigen Pfarrer Johann Röderer von Schonach auf die Pfarrei Altdorf, Decanats Lahr, designirt und hat derselbe am 24. October l. J. die canonische Institution erhalten.

Seine Erzbischöfliche Excellenz haben die Pfarrei Biesendorf, Decanats Geisingen, dem bisherigen Pfarrverweser Ambros Becherer von Stetten verliehen und ist derselbe am 24. October l. J. investirt worden.

Dem von Sr. Königlichen Hoheit dem Durchlauchtigsten Großherzog auf die Spitalpfarrei Constanz, Decanats Constanz präsentirten bisherigen Pfarrer Anton Pfaff von Weilheim wurde am 29. October l. J. die canonische Institution ertheilt.

Dem von Sr. Königlichen Hoheit dem Durchlauchtigsten Großherzog auf die Pfarrei Hindelwangen, Decanats Stockach, präsentirten bisherigen Beneficiat Joh. Bapt. Wiggenshauser in Constanz wurde am 30. October l. J. die canonische Institution ertheilt.

Dem von Sr. Königlichen Hoheit dem Durchlauchtigsten Großherzog auf die Pfarrei Hockenheim, Decanats St. Leon, präsentirten bisherigen geistlichen Lehrer am Gymnasium in Mannheim, Carl Kerber, wurde am 24. October l. J. die canonische Institution ertheilt.

Seine Königliche Hoheit der Durchlauchtigste Großherzog haben aus der Zahl der von Seiner Erzbischöflichen Excellenz vorgeschlagenen drei Bewerber den bisherigen Pfarrer Michael Kinzinger von Sandhofen auf die Pfarrei Klepsau, Decanats Krautheim, designirt und hat derselbe am 3. October l. J. die canonische Institution erhalten.

Seine Erzbischöfliche Excellenz haben die Pfarrei Langenbrücken, Decanats St. Leon, dem bisherigen Pfarrer Valentin Göglinger von Obriheim verliehen und ist derselbe am 10. October l. J. investirt worden.

Dem von Seiner Königlichen Hoheit dem Durchlauchtigsten Großherzog auf die Pfarrei Bubenbach, Decanats Billingen, präsentirten dortigen Pfarrverweser Georg Rist wurde am 15. October l. J. die canonische Institution ertheilt.

Seine Erzbischöfliche Excellenz haben die Pfarrei Esseratsweiler, Decanats Sigmaringen, dem bisherigen Pfarrer Honor Huber von Dieffen verliehen und ist derselbe am 15. October l. J. investirt worden.

Dem von Seiner Königlichen Hoheit dem Durchlauchtigsten Großherzog auf die Pfarrei Zuzenhausen, Decanats Waibstadt, präsentirten bisherigen Pfarrverweser Alois Haunß von Bollschweil wurde am 17. October l. J. die canonische Institution ertheilt.

Dem von Seiner Königlichen Hoheit dem Durchlauchtigsten Großherzog auf die Pfarrei Bölkersbach, Decanats Ettlingen, präsentirten dortigen Pfarrverweser Johann Nepomuck Keller wurde am 23. October l. J. die canonische Institution ertheilt.

Seine Erzbischöfliche Excellenz haben die Pfarrei Neuthard, Decanats Bruchsal, dem bisherigen Pfarrer Philipp Hammer von Krauenberg verliehen und ist derselbe am 20. October l. J. investirt worden.

Dem von Seiner Durchlaucht dem Fürsten Carl Egon zu Fürstenberg auf die Pfarrei Wolfach, Decanats Triberg, präsentirten bisherigen Pfarrer Friedrich Schultheiß von Meßkirch wurde am 24. October l. J. die canonische Institution ertheilt.

---

### Resignationen.

Seine Erzb. Excellenz haben die Resignation des Pfarrers Wilhelm Springer auf die Pfarrei Plittersdorf, Decanats Ottersweier, unter dem 7. November l. J. acceptirt.

Seine Erzb. Excellenz haben die Resignation des Pfarrers Karl Thoma auf die Pfarrei Waldbulm, Decanats Ottersweier, unter dem 7. November l. J. acceptirt.

---

### Dienfternennungen.

Von dem Landcapitel Mosbach wurde Pfarrer Joh. Mich. Christophl von Neudenu zum Erzb. Decan und Pfarrer Nicolaus Straub von Neckargerach zum II. Definitor gewählt und durch Erlaß vom 12. October Nro. 9067 vom Erzb. Ordinariat bestätigt.

Von dem Landcapitel Offenburg wurde Pfarrer Ignaz Gehr von Zell a. H. als Kammerer gewählt und durch Erlaß vom 7. November Nro. 9915 vom Erzb. Ordinariat bestätigt.

Von dem Landcapitel Tauberbischofsheim wurde Pfarrer Constantin Seitz von Werbach als Kammerer und Pfarrer Baumann von Dittwar zum Secretär gewählt und durch Erlaß vom 31. October l. J. Nro. 9630 vom Erzb. Ordinariat bestätigt.

Von dem Landcapitel Wiesenthal wurde Pfarrer Fidelis Grathwohl von Todtmoos zum Definitor der Nordregiunkel gewählt und durch Erlaß vom 31. October l. J. Nro. 9634 vom Erzb. Ordinariat bestätigt.

Von dem Landcapitel Hegau wurde Pfarrer August Haunß von Singen zum Secretär des ven. Capitels gewählt und durch Erlaß vom 31. October l. J. Nro. 9633 vom Erzb. Ordinariat bestätigt.

### Anweisung der Pfarrverweser und Vicare.

Den	25.	September:	Vicar Eugen Brucker von Hedingen als Pfarrverweser nach Rangendingen.
"	26.	"	Pfarrverweser Anton Werni von Schluchsee i. g. E. nach Ebringen.
"	26.	"	Pfarrverweser Jacob Walk von Altdorf i. g. E. nach Bollschweil.
"	1.	Oktober:	Vicar Wilhelm Baumann von Ladenburg als Geistlicher Lehrer an das Lyceum zu Mannheim.
"	3.	"	Vicar Otto Frank von Rothenfels i. g. E. nach Ladenburg.
"	3.	"	Pfarrverweser Joseph Marx von Magenbuch i. g. E. nach Weilheim, Decanats Hedingen.
"	3.	"	Vicar Albrecht Kreuzer von Hundheim als Pfarrverweser von Gerchsheim.
"	3.	"	Vicar Wilhelm Rudolf von Freudenberg i. g. E. nach Hundheim.
"	3.	"	Vicar Carl Heitlinger von Gerchsheim i. g. E. nach Freudenberg.
"	3.	"	Vicar Hubert Ruff von Wolfach als Pfarrverweser nach Horben.
"	3.	"	Pfarrverweser Carl Kippling von Wolfach i. g. E. nach Mefkirch.
"	12.	"	Pfarrverweser Albert Thöne von Zuzenhausen i. g. E. nach Rosenberg.
"	12.	"	Pfarrverweser Albert Kurz von Hockenheim i. g. E. nach Oberried.
"	17.	"	Priester Georg Meßmer als Caplaneiverweser nach Böhlingen.
"	17.	"	Pfarrverweser Conrad Häring an der Spitalpfarre Constanz als Verwalter des Beneficiums zu den Schotten an der St. Stephanspfarre daselbst.
"	17.	"	Pfarrverweser Johann Baptist Haller von Horn i. g. E. nach Ueberlingen a. Nied.
"	17.	"	Pfarrverweser Peter Gamp von Hindelwangen i. g. E. nach Wollmatingen.
"	17.	"	Caplaneiverweser Joseph Wehinger in Böhlingen als Pfarrverweser nach Weilheim, Decanats Waldshut.
"	17.	"	Vicar Max Berberich von Ettlingenweiler i. g. E. nach Tauberbischofsheim.
"	17.	"	Vicar Friedrich Mayer von Ostrach i. g. E. nach Hausen, Decanats Sigmaringen.
"	17.	"	Vicar Carl August Schmidt von Hausen i. g. E. nach Ostrach.
"	21.	"	Pfarrverweser Friedrich Carl von Krumbach i. g. E. nach Schwenningen.
"	24.	"	Vicar Max Kiebel von Ebringen i. g. E. nach Kappelrodeck.
"	24.	"	Cooperator Adam Hennecka von Freiburg als Geistlicher Lehrer an das Lyceum zu Constanz.
"	24.	"	Geistlicher Lehrer Anton Gut am Lyceum zu Constanz als Pfarrverweser nach Pföhren.
"	24.	"	Vicar Ambros Böser von Schlierstadt i. g. E. nach Neunkirchen.
"	24.	"	Vicar Christian Walk von Neunkirchen als Pfarrverweser nach Rosenberg.
"	24.	"	Pfarrverweser Michael Joseph Scheurig von Siegelbach i. g. E. nach Schweinberg.
"	24.	"	Pfarrverweser Joseph Diefenbach von Schweinberg i. g. E. nach Siegelbach.
"	24.	"	Pfarrverweser Franz Hitschler von Gottmadingen als Beneficiumsverweser nach Mefkirch.